

Auszug aus:
Maria Reindl: Lehre und Forschung in Mathematik und Naturwissenschaften,
insbesondere Astronomie, an der Universität Würzburg von der Gründung bis zum Beginn des 20. Jahrhunderts.
Neustadt an der Aisch (Degener) 1966, S. 176–185.

Die Sammlungen der Philosophischen Fakultät, 1707
Bibliotheca Apostolica Vaticana, Rom, Vat. Lat. 11090
**Catalogus Experimentorum Physicorum,
Instrumentorum Mathematicorum aliarumque Raritatum
in Conclavi Philosophico reservatarum et annotatarum.
Anno 1707**

§ I. Repositoria et Appertinentia:

Sumptibus facultatis Philosophicae procuratum est quidquid in conclavi hoc videri est operis Arcularii sive fixum sive mobile.

1. Sex Mensae
2. Suo Scrinia duplicata nec non unum craticulatum, singula cum seris.
3. Sex sellae viridi panno obducta.
4. Sex tapetes ex panno viridi super sex mensas.
5. Cortinae quatuor pro totidem fenestris ex Cadisio, suffultae panno viridi.
6. Et iterum aliae quatuor pro Repositoriis non obseratis coronidibus suis.
7. Cortinulae quatuor tegentes super mensoria repontoriola.
8. Globi vitrei inaurati et inargentati supra columellas triginta quatuor.

§ II. Ex liberalitate P. Zumstaegs 1704:

1. Effigies P. Kircheri
2. Effigies P. Clavii
3. Effigies P. Schotti

Ex liberalitate M. Straus 1707:

4. Imago repraesentative duplex vitae et mortis.
5. Imago repraesentative duplex gradatim structa ex uno obtutu S. Fran. Borgiam, ex altero urbem et arcem Herbipolim, repraesentans in supra posito speculo.
6. Theses Maiores in Iconibus:
 1. Depositionis de cruce
 2. B. V. Mariae
 3. S. Iosephi
 4. S. Xaverii
 5. Principis Iohannis Philippi- supra in triglyphis.
 7. Octo Icones repraesentantes obeliscos et a P. Kirchero explicatas in supra mensoriis.
 8. Imagines duae-una repraesentans Lucernam magicam. Altera Cameram obscuram.
 9. Theses lo[gic]ae olim sub Praesidio P[atris] Saur defensae: In tela Attalica cum fimbriis, in duplici exemplari.

§ III. Appensa in Lacunari et ad Latera:

Canicula fluviatilis, duo cancri Marini, duae testudines, duo ova Struthionum, duae nuces Indicae. Experimenta Barometri, Thermometri aliorumque appertinentium vitrorum et liquorum, ut in tabula videri et legi possunt.

Annulus Metallinus pro globo terraqueo vel coelesti cum quadrante.

Decem Regulae Tabulae Pythagoricae.

Cutis serpentina.

Lapidificatus Piscis.

Magnes maior cum ferro et duodecim annulis.

Duo Astrolabia.

§ IV. Super mensoris et in iis reposita:

I. In mensa ovali media.

Pluteus a fundatore collegii nobis relictus. In eo sunt sequentia.

Atramentarium ex stanno, horologium quadripartitum in capsula metallina. Campanula facultatis.

Capsula cum numis Calculatoriis.

Variae raritates fossilium verbi gratia: venae argenteae ex argenti fodinis Bohemiae.

Crystallum fossile Minera Mercurii.

Numismata honoraria ex Stanno Anglico etc. etc.

Item Turricula Mathematica cum explicatione praxis eiusdem.

In mensa media ad parietem inter duas fenestras.

Super Mensorium graduale cum Scrinolo, in quo Imago crucifixi ex cera candida vitro transparentae prae munita.

In quatuor reconditoriis repositi sunt colores et penicilli et ad artem pictoriam pertinentia.

Supra scriniolum crucifixi oculos artificialis pro exhibendo experimento lucernae magicae.

In mensa prope fenestram ad latus meridionale:

1. Thermometrum bicolumnare

2. Lucerna magica cum speculo metallino et 17 imaginibus supra vitrum pictis.

3. Scriniolum in quo traditio Architectonicae Militaris a R. P. Schotto.

4. Scriniolum in quo varia compendia mathematica a R. P. Schotto.

In Mensa prope Januam ad idem latus:

1. Candelabrum artificiosum excipiens fumum in superpensa spongia.
2. Scriniolum in quo doctrina Musicae continetur a R. P. Schotto.
3. Horologium ex alabastro.
4. Alia opuscula P. Schotti cifris inscripta.

In Mensa prope Januam ad latus septentrionale:

1. Horologium aequale duarum horarum a R. P. Schotto, uti in ipsius libro videre est.
2. Tria reconditoriola-necdum perfecta, in quibus possunt fieri varii lusus optici.

In Mensa prope fenestram ad latus:

1. Thermometrum bicornare.
2. Camera obscura in parvulo scrinio.
3. Scriniola tria in quibus reservatur Doctrina steganographica etc. etc.

§ V. In Scrinio duplicato ad latus meridionale

In superiore parte - Vitrea

Ex liberalitate M. Erbermanni 1706:

Unus tubus opticus probatus, et ex integro restauratus quoad correspondentiam canalium.
Tres tubi- quibus desunt vitra.
Unum Engyscopium cum tribus vitris.
Quatuor lentes Ustoriae.
Trigonum unum. Duo fonticuli.

Ex liberalitate P. Jac. Bayer 1704 :

Experimentum elasticitatis et porositatis in vitro, -in repositoio
Speculum vitreum in capsula nigra, objecta valde magna repraesentans.
Duo pixides cum ambus magneticis.

Ex liberalitate R. P. Dehmars 1703:

Globus sulphureus, ex quo tentamen fermentationis sumi potest de aestate ad ortuum solis.
Cylinder Styli communis.

Ex liberalitate P. Flucke, ex itinere romano revertentis 1707:

Crusta cancri marini.
Cuculus coriaceus
Artificialis capsula arithmeticae P. Geiger.

Metallina

Circini proportionum quinque in quinque vaginis reconditi.
Columnae architectonicae cum accuratissimis divisionibus, in vagina sexagona intus, forris rotundata.
Sphaera Armillarum
Astrolabium
Instrumentum ad inveniendas declinationes in ordine ad formanda horologia solarum.
Compassus in horologio

Duo specula unum cylindricum, alterum conicum.

In capsula tres librae cum ponderibus requisitis.
In capsula Globi metallini pro perpetuo mobili a R. P. New Curati.

Rota concava pro horologio.

Unus pes mensorius pro architectonica-reconditus in vagina.

In ala dextra:

Pendent tres imagines, Leopoldi, M. Curtii, Neptuni, arte tornatoria perfectae.

In repositoio longiore et depressiore sunt instrumenta sequentia ex metallo:

1. Regula sive lineale
2. Gnomon
3. Pes architectonicus
4. Circinus proportionum
5. Quatuor circini, quorum duo sunt de communibus artefactis, 3tus post caput in coronam coit, 4tus pluries variabilis est, septem subpedibus [verbessert, wohl aus tripedibus] distinctis.
6. Transpositorium sive semi circulus
7. Pixis acus magneticae
8. Calamus scriptorius et alius similis materiae Stylus.

In Repositoio breviori et altiore sunt instrumenta sequentia:

1. Quatuor circini, quorum duo meliores, duo de communi[bus]
2. Semi-pes architectonicus
3. Gnomon
4. Annulus Astronomicus
5. Instrumentum cursus lunaris
6. Acus magneticae aliquot aliaque utensilia.

In inferiore parte huius scrinii sunt instrumenta ex ligno sequentia:

Tres circini proportionum
Parallelogrammum Scheineri
Horologium solare de communi
Regula pro formandis circulis pro mensa architectonica, quatuor
Parallelogrammata Communia duo Baculus architectonicus de ligno Brasillensi
Pantometrum Kircheri
Instrumentum pro inveniendis declinationibus
Parallelogrammum loculamentorum sedecim pro varie depingendis fortalitiis, et sitibus urbium, montium, hortorum etc.
Quadrans in varia figura maiore, minore et minima.
Duplex triangulum cum bolide etc.
Gnomon ex ferro

Supra hoc scrinium sunt illocata, duo globi in 5 Zonas subdivisi, unus globus vitreus, in quo est horologium solare.

§ VI. In Scrinio duplicato septentrionale ad latus.

In parte superiore: desideratum opus artificialis Musicae. Item opus Cryptaceum, quibus exhiberitur opera fodientium in argentifodinis.

In parte inferiore: sunt in tribus consequenter stignatiunculis.

1. Vegetabilia sive varia Semina
2. Fossilia sive varia Mineralia
3. Conchilia sive Conchae Marinae

Supra hoc scrinium collocata sunt - duo instrumenta optica, quibus desunt vitra, unus globus ligneus pictus.

§ VII. In Scrinium ad januam prope latus meridionale

1. Theca maxima pro magnis thesibus cum iconibus
2. Theca pro thesibus communibus
3. Theca pro Catalogis promotionum Philosophiae
4. Theca pro carminibus promotionum Philosophiae
5. Theca pro programmatis earundem
6. Mappae Geographicae, in unum magnum librum compactae
7. Manuscripti libri tres P. Schotti
8. Eiusdem machinae artificiales pictae
9. Icones pro Musurgia P. Kircheri etc. etc.

Strenae in Sod[alitate] Mar[ianam] Mai[rorem] Annuatum distributae

Theses variarum facultatum

NB. Reliqui libri inscripti sunt catalogo lib[rorum], P. Decani

§ VIII. Supra hoc scrinium craticulatum est:

Sigillum facultatis philos[ophiae], cum Scriniolo Testimoniorum MM. et BB.
Aliquot Pantometra Kircheriana.
Transportorium metallinum supra ligneum triplicatum pedem.
Duae tabulae quibus inscriptam sunt Instrumenta Geometrica, baculus S. Jacobi etc.
Mappa franconiae et Electoratus Moguntini
Tabula maior et minor pro notandis instrumentis et nomine, siquid efferatur ex cubiculo.
Appensum unum astrolabium, et instrumentum geometricum in forma T inclusum.
Quae reservantur iuxta istud Scrinium in Angulo sunt sequentia: Mensa architectonica
Baculus Geometricus S. Jacobi etc. etc.

§ IX. In reconditorio retro ianuam

Tabula architectura Militaris a P. Wann.
Globus Coelestis et globus terraqueus in forma maiori
Globus coelestis et globus terraqueus in forma minore
Globus coelestis in forma minima.

Ad Caminum

Ectypon sive formulare quoddam architecturae militaris a P. Geiger curatum.

§ X. In Repositoriis infra sex mensas

1. Sub mensa media ovali laminae Cupreae
2. Sub mensula media intra duas fenestras, colores
3. Sub mensa ad fenestra in meridionalem: Paropsides metallinae et cupreae viginti quatuor, paropsides ex ferro et plumbo decem et cum alio apparatu pro terendis et poliendis vitris.
4. Sub Mensa ad parcem meridionalem varia operis tomatorii et unus pluteus Scriptoris
5. Sub mensa ad partem septentrionalem icones pro libris P. Schotti, icones aliae variorum generum. Tubi ex Charta pro perspectivis.
6. Sub mensa ad fenestram septem trionalem instrumenta rarissima mallei, incudes, forcipes etc. etc.

§ XI. Notanda

Fenestrae Cortinas habent panno viridi, suffultas ad obscurandum conclave in ordine ad exhibendum experimentum camerae obscurae et Lucernae magicae.

Pro fenestra septentrionali parata est aliqua valvula cum oculo artificiali ad excipiendas species visibiles supra tabulam candidam.

Pro experimento Lucernae magicae parata est tabula in duas partes apertilis, ut objecta lucis maiorari possint, Fons artificialis cum appertinentiis est positus supra epysbilium in angulo prope imagine P. Francisci Xaverii in thesibus

A. M. D. G.